

Venezia

CONSERVATORIO DI MUSICA B. MARCELLO
FONDO TORREFRANCA
LIB 2518
BIBLIOTECA DEL
VENEZIA

29

46

MODULAMINA SACRA
CANENDA
A VIRGINIBUS XENODOCHII
PIETATIS VENETIARUM

DIE XIV. SEPTEMBRIS

Dum primò in novo ejusdem loci TEMPLO
Divina Officia celebrantur

Modis subacta Muscis

A DOMINO CAJETANO LATILLA


MUSICÆ MAGISTRO.



J. Magnum C. F.

VENETIIS, MDCCLX.

Superiorum Permissu.



Ex Libris
Fausto Torrefranca

2389

CONSERVATORIO	DI MUSICA B. MARCELLO
FONDO TORREFRANCA	VENEZIA
LIB 2518	BIBLIOTECA DEL

DIALOGUM SACRUM CANENT

T. ELISABETH, & D. SERAPHINA.

MODULOS CANENT

Primum D. GREGORIA.

Secundum D. SERAPHINA.

Tertium D. CORNELIA.

Salve Regina D. IMPERIA.

DIALOGUS SACER.

TE alme Jesu cano ,
Ter potens sancte Deus ,
Te semper colo , & amo
Jesu Salvator meus
Et vera Mundi spes .

O immensæ charitatis Deus ,
Deus potens , Deus fortis :
Qui Dominus noster es , & nostræ sortis .
Tu qui humilia ab alto respicis ,
Ærumnasque nostras de longe cognoscis ,
Populum ne repellas hic te invocantem ,
Meque tuam famulam tibi canentem .

In hoc templo ubi fulget
Majestatis in Throno Deus ,
Lætetur , & exultet
Pia Plebs , & Princeps meus
O mi Jesu , O mi Deus
Tu vere excelsus es .

O Summi Dei mira Sapientia !
O ineffabilis Jesu nostri Clementia !
Hic est ille Deus , quem non capiunt Cæli
Moratur tamen hic inter mortales ;
Qui Angelos suos habet Sodales .

A 2 Et

Et protanto dono quam illi vicem pendamus !
Carmina Laudis mox illi pangamus .
O mi Jesu Salvator Orbis ,
 Sit hoc templum tua Ædes .
O mi Jesu Protector Urbis
 Sit hoc templum tua Sedes
Hic precantium voces audi
Hic & flentium vota exaudi
 Fiat , fiat precamur te .



Jam

I.

J Am Zephiro flante ,
Et aura fæcunda
Nix sensim fit unda ,
Et gelu liquatur .
Hoc inde rigante
Tellurem humore ;
En vario mox flore
Consperga miratur .

Tu qui super ventorum
Pennas incedis Deus ;
Quique sub aura leni , aura suavi ,
Intima nostra , dicis , perlustrare ;
Circum , gelidum cor meum dulce spira :
Fove... Discute... in lacrymas resolve ;
Unde talibus undis fecundata ,
Virtutem surgat floribus ornata .

Dulce fovendo

Leniter spira :
Blande & movendo
Sancte Tu inspira :
Veni dissolve ,
Gelu resolve ,
Jesu mei cordis :
Veni mea spes .

Flu-

II.

FLuvius de Monte
 Qui præceps decurrit,
 Non stagnat in Fonte,
 Sed rapidus currit;
 Et negligendo
 Prata, & fugiendo,
 Vadit ad Mare.
 Non illum aurata
 Arena moratur
 Nec gemmis ornata
 Per quam elabatur,
 Valet tardare.

Quid ergo defixa Terræ
 Semper Anima mea?
 Tu propter Deum de nihilo producta,
 Cur ad illum non properas, non tendis?
 Ah! fuge, fuge delicias,
 Mundi illecebras sperne!
 Fuge artes, infidias; & divina
 Ope fretus, ad Eum curre, festina.
 Te solum suspiro

Mi Sponse, mi Deus:
 Non amplius deliro;
 Respiro amor meus:
 Te tantum exopto,
 Te, Mundus, non opto;
 Festino ad Te Deus.

Ite

III.

ITe Mundi voluptates
 Veræ cordis tempestates,
 Scopus esto nostri amoris
 Pulchra facies Salvatoris,
 Nostrum gaudium, nostra Spes.


O quam tristis, quam molestus
 Esse solet iste Mundus,
 Et Spiritibus infestus,
 Sed è contra quam jucundus
 Bone Jesu, & dulcis es.

Sicut crudelis Pharaon fidelem turbam vexabat,
 Sic Hostis iste suos sequaces angit,
 Et poculum quod illis propinat linitum melle;
 Intus plenum est absinthio, & felle.
 Usquequo ergo miseri mortales
 Barbarus iste vos decipiet singulos!
 Oculos eja mentis elevate,
 Et ad amantem Jesum properate.
 Care Jesu dulcis amor

Longe a mundo iniquo, & fero
 Curro ad Te corde sincero,
 Non me movet ejus clamor.

F I N I S.

28096



Ex Typographia Antonii Zatta.

